

Franckesche Stiftungen zu Halle

Conspectus Chirurgiæ Tam Medicæ, Methodo Stahlina Conscriptæ

Juncker, Johann

Halæ, MDCCLVII.

VD18 90812107

Tabula LXXV. De Sectionibus, Incisionibus Et Compunctionibus Generatim.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197684-

8. De omnibus autem hisce per clysteres, fumum tabaci & suppositoria evacuationibus notare convenit, quod facile in consuetudinem abeant, & ita, nisi turbas abdominis spasticas exspectare velimus, repetitionis onus imponant.
9. Tandem mentionem adhuc facimus *chirurgia infusoria*, qua liquor medicamentosus in venam apertam inieitur. Exolevit autem hæc curandi ratio, & idem valet de hac *chirurgia infusoria*, quod superius de *transfusione sanguinis* diximus.

TABULA LXXV.

DE

SECTIONIBUS, INCISIONIBUS ET COMPUNCTIONIBUS GENERATIM.

I. DEFINITIO.

1. *Sectiones* in Chirurgia instrumentali amplissimum habent campum, & in quamplurimis operationibus requiruntur.
2. Quæ sectiones & compunctiones in *pluribus* corporis *partibus* locum habent, illas sequentibus tabulis exhibebimus.
3. Quæ vero *certis partibus* propriæ sunt, illas ad specialiores tabulas reservabimus.

II. METHODUS.

Hæc respicit

1. *Partes* secandas, quæ sunt vel *carnosæ* vel *osseæ*.
2. *Instrumenta*, sectioni inservientia, quæ sunt
 - 1) Vel *cultri* variæ magnitudinis & conditionis. Hi commodissime adhibentur in illis carnosis partibus, quæ de *tensione* quadam sive innata, sive conciliata gaudent.
 - 2) Vel *Forsicis*, quæ in partibus *flaccidis*, membranaceis, tenuioribus, nullo renifu præditis, commodiorem usum habent, quam cul-

cultri. Exacuatae autem debent esse forfices, ne sectionem fallant, & conqussatione tantum, & *carptim* quasi, partes afficiant.

- 3) Vel *scalpra*, *Meissel*, quæ partibus *osseis*, & quidem in *juncturis* seu articulis, decutiendis inserviunt.
- 4) Vel *ferra*, quæ incisus prius carnosus partibus, ad *ossa* dissecanda adhibentur.
- 5) Vel *Forcipes*, quæ modo partibus carnosus incidendis, modo *osseis* eminentiis decerpendis inserviunt.
3. *Modum operandi.*
 - 1) Sectiones in artifice exposcunt
 - a) *Animi* præsentiam & immobilitatem
 - b) *Visus* aciem.
 - c) *Manuum* firmitatem, & a tremoribus libertatem.
 - d) Bona instrumenta.
 - e) Notiam partium anatomicam.
 - 2) Et hæc quidem tanto magis requiruntur, quando *subtiles* partes secandæ sunt.
 - 3) Præstat autem *uno* & veluti *presso ductu* sectionem absolvere, adhibita simul *velocitate*, sed cum necessaria circumspectione. Contra
 - 4) In quibusvis sectionibus, præcipue autem subtilibus, temperandum est a *tensiva* & *reciproca* instrumenti *duclitatione*. Hæc enim ratione per necessitatem dolor intenditur.
 - 5) Imo exercitatorum artificum est, sectionem suam ita habere in potestate, ut, si æger sub ipso sectionis actu partem dimoveat, manu tamen sua & instrumento motum hunc retractorium scite sequantur, ne impatiens operationem effugiat, neque gravius, quam par est, vulneretur.
 - 6) Minus autem exercitati in tali casu a sectione paululum remittant, & obsequium ægro injungant, ne cæco impetu damnum inferant.
 - 7) Reliqua sub *Cautelis* & sequentibus tabulis videantur. Conferatur etiam tabula de *abscessu*.

III. CAUTELÆ ET OBSERVATIONES.

- I. Cavendum quam maxime, ne *scalpra* extra *juncturas* adhibeantur. Quando enim medio corpori *ossium*, quantumcunque parvulorum,

admoventur, festucæ necessario producantur, & dolores spastici atque inflammatorii excitantur.

2. In *carpo* quando scalprum adhibendum venit, necessarium est, ut arterias illi proximas per sufficientem stricturam præmuniamus, & hæmorrhagiam hac ratione reprimamus.
3. In *digitis* quidem hæc observatio adeo necessaria non est, præstat tamen nec in his quid negligere.
4. In *tarso* satis anceps & præ reliquis incerta est hæc operatio, ob grandiora ibidem ossa & vasa. Rarior autem illius in hac parte indicatio observatur.
5. In *panaritio* vel simili ulcere, ipsum ossiculum erodente, non ita raro indicatur.
6. Sic & indicatur in *spina ventosa*, seu erosione ossium metacarpi, quæ in occluso enascitur, & os prius erodit, quam partes molles superstratas. Sed affectus est rarior; minus rara autem est erosio horum ossium ab occasione externa, nempe contusione graviore, mala tractatione vulneris, ossicula stringentis, vel tumore mucido, perversa medicatione in ulcus pertinax deducto.
7. In *sphacelo* harum partium raro satisfacit hæc operatio. Longe enim citius hæc corruptio ut plurimum progreditur, quam ut agroti de necessitate hujus operationis convinci possint. Plura de hac re infra de *amputatione artuum* dicemus.
8. De *ferratione* sequentia notamus:
 - 1) Partes carnosæ & periostium prius remouentur.
 - 2) Lineam atramento parti ordinarie affricant, ut operator tanto certius servare possit debitum tractum.
 - 3) Quo paucioribus ductibus absolvi potest operatio, eo melius est. Licet enim a tali sectione nullus dolor obtingat, formido tamen angit ægrum, cum primis quia illum dolorem adhuc sentit, quem a prægressa musculo-tendinosarum partium dissectione accepit. Præterea hæmorrhagia, hanc dissectionem excipiens, si paulo largior fuerit, tarditatem hujus operationis tanto magis dissuadet.
9. *Forcipes*, quæ decerpendis ossium eminentiis adhibentur, non solum debitam aciem, verum etiam proportionatam magnitudinem & firmitatem habeant.